Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Longitudo cortinguntur. habebit xxviii cubitor. 5
Latitudo quattuor cubitorũ erit; In longitudi 5
ne cortincerũ. Longanima scae ecclae patientia;
In latitudine amplitudo exprimitur caritatis;
quae nõ solũ amantẽ sed dm & proximũ redamare
sed & odientẽ se aduersariũ expanso suaedulci
dinis gremio consueuit excipere suorq: persecuto
res flexis in oratione genib; dno commendare.
dicens. dne ne statuas illis hoc peccatum;
Quae latitudo aptè erit quattuor cubitorum.
quia quattuor sunt euangeliorũ libri. In quibus
dni redemptoris nri exemplis ac uerbis. qualiter
eadem caritas sit tenenda docemur; quattuor uir
tutes in quarũ operatione eadem est caritas exer
cenda; id est temperantia fortitudo iustitia
prudentia, ut uide licet incorrupta in dõ caritas
atq: integra custodiatur. q. est temperantiae;
Nullis frangatur incommodis q. est fortitudinis,
Nulli alii seruiat. qd est iustitiae. Vigilet in
discernendis reb; Nefallacia dolus ue paulatim
subripiat. qd est prudentiae; Longitudo autem
cortinarũ uiginti octo erit cubitorũ. qui est
numerus quaternarius septies ductus; septena
rio autem numero. pp̃ter diem sabbati solet